

H  
B  
18  
14(51)

EMINENTISSIMO DOMINO  
 DOMINO  
 NONIO  
 DACUNHA  
 S. R. E.  
 CARDINALI  
 AMPLISSIMO &c.

*Domino meo Amabilissimo,  
 Me denuò  
 Jam diù mancipio datum,  
 Et nostra hæc*

V. & C.

*Utrum in contrahendo, sine contrahatione rerum hereditatis jacentis, vel hereditatis ab herede jam addita committatur furtum, an Crimen expilatæ hereditatis?*

EMINENTISSIMO DOMINO  
DOMINO  
NONNO  
DACAUNHA  
S. R. E.  
CARDINALI  
AMPLISSIMO &c.

Domino meo Archiducibus  
Me denuo  
Jam diei nuptiarum datum  
Et nostra haec

V. & C.

H. B. 18  
14(25)

Handwritten notes in red ink, including the number 22 and some illegible cursive text.

# CÆSAREAS CONCLUSIONES

EX

SUBTILIORIBUS JURIS APICIBUS

## DECERPTAS

AD AUREUM, ET PERDIFFICILEM TITULUM

## CODICE

### De Crimine expilatæ hereditatis;

### PRÆSIDÈ

SUBTILISSIMO, AC PRÆCLARISSIMO

DOMINO

## D. EMMANUELE DA GAMA

### LOBO,

JURIS CIVILIS INTERPRETE PRIMARIO ACUTISSIMO,

*in Causis Fidei Judice integerrimo, in Bracharensi Sede Canonico Doctora-  
li emeritissimo, in Divi Petri Collegio olim Collega ornatissimo, ad ma-  
iora dignitatum culmina pro meritis omniū spectatione sublimando;*

### Decertaturus

## JOANNES RAYMUNDUS

### VIEYRA

Suo quarto Juris Civilis anno, die 05 hujus mensis 3<sup>a</sup> hora

## QUÆSTIO PRINCIPALIS VENTILABITUR:

*Utrum in amotione, sive contrectatione rerum hereditatis jacentis, vel heredi-  
tatis ab herede jam additæ committatur furtū, an Crimen expilatæ hereditatis?*

315  
CONCLUSIONES  
CAESAREAS

EX  
SUBTILIORIBUS JURIS APICIBUS

DECERTAS

AD AUREUM, ET PERDIFICILEM TITULUM

CODICE

De Crimine expilatæ hereditatis;

PARASIDE

SUBTILISSIMO, AC PRAECLEARISSIMO

DOMINO

D. EMMANUELLE DA GAMA

LABO

JURIS CIVILIS INTERPRETE PRIMARIO ACUTISSIMO

*in causa Fidei Judice integerrimo, in Bracharum Sede Canonice Doctore  
honoratissimo, in Divi Petri Collegio olim Collega ornatissimo, ad ma-  
jorem dignitatem cubanae promotionis omnium spectat iure sublimando;*

DECERTATUS

JOANNES RAYMUNDUS

VIERA

duo quarto Juris Civilis anno, die octava mensis horis

QUESTIO PRINCIPALIS

VENTILABITUR:

*Quam in amotione, sine contrahatione rem hereditatis jacentis, vel heredi-  
tatis ab herede jam adhaec committatur, an Crimen expilatæ hereditatis*

# CONCLUSIO PRIMA

AD *J. C. ULPIAN. LIB. 9. DE OFFICIO*

*Proconsulis in l. Si expilata 2. §. 1. de Crimine expilatae hereditatis; & ad J. C. Marcellum lib. 8.*

*Digestorum in l. His enim casibus 70. ff. de furtis; nec non ad Imperatorem Justinianum in principio Inst. de obligationibus, quae ex delicto nascuntur.*



**C**RIMEN expilatae hereditatis inter privata delicta adscribitur, cum deficiat lex certa, & specialis, quae illud publicum iudicium efficiat, seu reddat.

Inter DD. controversatur: Utrum aliud inveniatur dispositum de Jure Codicis? Sed dicendum in hoc non discordare principales resolutiones in Codice à Jure

Digestorum.

- 3 Quæstio gravissima est: Utrum committatur furtum, quando amoventur, si ve cõtrectantur res hereditatis jacentis? Negantibus adharemus.
- 4 Simili modo resolvendum est non committi furtum, etiam si contrectentur res hereditatis, postquam heres adivit ipsam hereditatem.
- 5 Et ideo; quia in tali amotione rerum hereditatis non datur furtum, datur crimen expilatae, si ve compilatae hereditatis.
- 6 Inferes: ergo etiam non dabitur pro amotione rerum hereditatis actio furti, sed actio criminis expilatae hereditatis? Illationem concedimus.

7. Si quæras rationem, cur in hereditate jacente, vel jam adita, non detur furtum, sed crimen expilatæ hereditatis? Dicimus primo, quod non procedit ex defectu Domini; hereditas namque habet dominium rerum suarum.
8. Dicimus secundo rationem, cur non datur furtum in re hereditaria, non esse defectum possessionis.
9. Dicimus tertio carentiam furti in proposito non provenire ex defectu renitentia, quæ in hereditate jacente reperiri non potest. Igitur ratio negans furtum hereditati est alia formalis, & genuina, quam in certamine aperiemus non sine DD. plausu.
10. Licet expilatio hereditatis genus improbrioris furti dicatur, tamen cum verè, & propriè furtum non sit, dicimus, quod res expilatæ hereditatis furtivæ non efficiuntur.
11. Qua propter possunt usucapi, si requisita ad usucapionem necessaria concurrant.
12. Aliud verò judicamus de rebus amotis per virum, & uxorem; siquidem hujusmodi res tanquam vitio furtivitatis affectæ usucapi non possunt.
13. Furtum est contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionis-ve, quod lege naturali prohibitum est admittere.
14. Toto Cælo à veritate aberrant, qui dicunt furti prohibitionem à jure Civili originem ducere.
15. Magis probabiliter discurrit, qui asserit furti prohibitionem esse juris gentium: sed hoc etiam negandum est.
16. Siquidem furti prohibitio magis antiqua est, cum sit à jure naturali, & cum ipsa natura principium habuit.
17. Ergo furtum nulla alia lege, constitutione permitti, vel approbari potest.

CON-

# CONCLUSIO SECUNDA

AD *J. C. ULPIANUM LIB. 38. AD EDICTUM IN*  
*l. 1. §. Scavola 15. ff. Si is, qui testamento liber esse jussus*  
*fuerit; necnon ad J. C. Papinianum lib. 12. Quæstio-*  
*num in l. Si vendi dero 80. §. fin. ff. de furtis; & ad Or-*  
*dinationem nostram Regiam lib. 30. tit. 64.*

18



**I**NTER DD. magno diffidio contro-  
vertitur difficillima quæstio: Utrum in re  
à nemine possessa committatur furtum?  
Et licet gravissima sint fundamenta par-  
tis negantis, pro affirmativa nobis est  
propugnandum.

19

Tamen non potest negari, quod commit-  
tatur furtum ratione possessionis, & ex  
quo resultet ordinaria actio furti.

20 Igitur ad furtum committendum sufficit, quod res amota sub  
dominio alicujus existat, quod quidem dominium aliquando  
fuisset roboratum possessione.

21 Ponderosa quæstio venit disputanda: Utrum sufficiat domini-  
um Civile, ut ratione illius committatur furtum? Et licet af-  
firmativa sententia sit plausibilis, nobis falsa videtur.

22 Siquidem, ut furtum committatur ratione dominiij, requiritur,  
quod tale dominium sit naturale.

23 Quæres: Utrum detur furtum, quando furripitur aliquid de  
bonis peculij Castrensis, dum heres à filio institutus se delibe-  
rabat de aditione ipsius peculij? In hoc casu semper datur ve-  
rum furtum, si heres non adeat.

24 Pater semper habet dominium in peculio Castrensi: & quomo-  
do hoc fit? Aliqua novitate explicandum erit.

25 Is, cujus interest rem non esse amotam, & contrectatam, ha-  
bet ordinariam furti actionem.

26 Dispositio juris communis, quæ denegat fieri furtum in rebus  
heredi-



hereditatis jacentis; & solum admittit crimen expilatæ hereditatis, etiam locum habet, attento nostro jure Regio.

27 Eandem dispositionem habere etiam locum in illis Regnis, in quibus transit possessio rerum hereditariarum juncta cum dominio in heredem, defendimus: Unde verum est dicere, quod ibi detur crimen expilatæ hereditatis.

28 Actio descendens ex crimine expilatæ hereditatis competit omnibus heredibus, quorum interest hereditatem non esse expilatam.

## CONCLUSIO TERTIA

AD IMP. SEVERUM, ET ANTONINUM

*in l. Expilatæ 1. & ad Imp. Antoninum in l. Expilatæ 2.*

*& ad eundem in l. Si avi 3. nec non ad Imp. Gordia-*

*num in l. Adversus 4. Codice de Crimine expi-*  
*latæ hereditatis.*

29 **H**ERES adversus coheredem suum non habet actionem, sive judicium expilatæ hereditatis.

30 **H**ERES etiam in casu nostræ legis primæ heres non habet actionem hujusmodi criminis adversus extraneum amoven-tem aliquid ex ipsa communi arca, sed dabitur ei ordinaria actio furti contra talem extraneum.

31 Heres certò habet actionem criminis expilatæ hereditatis contra suum coheredem, si constet de ipsius dolo, quando aliquid surripuit de ipsamet hereditate.

- 32 Inter coheredes datur iudicium familiae Ersciscundae, quo indemnitati alicujus perspicitur, & hoc iudicium amico foedere germanatur iudicio criminis expilatae hereditatis.
- 33 Quare cum heres non habeat actionem criminis expilatae hereditatis adversus coheredem suum, habet actionem ad exhibendum.
- 34 Si Conventus actione ad exhibendum compensationem objiciat, non est audiendus, sed absque mora res, quas de arca communi abstulit, exhibere debet.
- 35 Quando vitricus, vel noverca hereditatem alicujus extranei privigno delatam expilavit, tunc datur privigno iudicium criminis expilatae hereditatis adversus vitricum, & novercam.
- 36 Haec tamen resolutio solummodo procedit, quando inter vitricum, & matrem privigni, & inter novercam, & patrem privigni jam solutum sit matrimonium, vel per mortem, vel per divortium.
- 37 Si autem vitricus expilaverit uxoris suae hereditatem, vel noverca sui mariti: tunc dicendum privignum non habere iudicium expilatae hereditatis contra vitricum, & novercam.
- 38 Etiam quando constat de dolo uxoris expilantis mariti sui hereditatem; nec ideo poterit ab herede mariti conveniri crimine expilatae hereditatis.
- 39 Maximum dubium est in praesenti: Utrum saltem eo casu, quo uxor mariti defuncti hereditatem expilavit, postquam privignus, vel alius heres extraneus hereditatem adivit, non tamen apprehendit possessionem, committatur crimen expilatae hereditatis? Respondemus negativè.
- 40 Ex eo quod uxor, quae mariti hereditatem expilavit, non possit ab herede crimine expilatae hereditatis conveniri, convenienda erit actione reivendicationis, si uxor possideat res hereditarias; si verò eas dolo desinit possidere, convenienda est actione ad exhibendum.
- 41 Igitur cum talis uxor res expilatas mala fide possideat, fructus,

212  
ctus, quos ex ipsa perceperit, suos non facit; & ideo, si  
existent, vendicari possunt ad heredem: si jam non existant,  
tenetur uxor satisfacere conditioni sine causa, siue injusta  
causa.

## CONCLUSIO QUARTA

AD IMP. PHILIPPUS IN L. OBTEN-

tu 5. & in l. fin. Codice de Crimine expilatæ heredi-  
tatis.

42



LEGATARIJ res sibi legatas occu-  
pando, & auferendo de hereditate, cri-  
men expilatæ hereditatis non commit-  
tunt.

43

Et quia hujusmodi iudicio conveniri non  
possunt; ideo emolumento legatorum non  
sunt privandi.

44

Heres prætextu expilatæ hereditatis non  
potest differre solutionem legatorum ipsis legatariis, & si res  
expilatæ proponantur ab ipsismet legatariis.

45

Heres licet adversus legatarios propria auctoritate occupa-  
tes res sibi legatas non possit intentare iudicium Criminis ex-  
pilatæ hereditatis, potest tamen habere, & habet adver-  
sus ipsos legatarios interdictum quod legatorum, siue quo-  
rum legatorum.

46

Tamen si legatarij occupaverint propria auctoritate rem si-  
bi legatam, postquam heres hereditatem adivit, & rei lega-  
tæ possessionem apprehendit, tunc dicendum est legatarios  
amittere legatum, & cedere juri suo, & nullam actionem ha-  
bere ad petendum tale legatum.

47

Etiam, quando constat expresse de dolo legatarij occupantis  
propria auctoritate rem legatam, animo scilicet fraudandi  
heredem

heredem, & expilandi hereditatem, tunc conveniri potest legatarius iudicio Criminis expilatæ hereditatis.

- 48 Legatarius statim à morte testatoris habet actionem ad petendum legatum etiam ante aditam hereditatem.
- 49 Quæres nunc; poteritne heres differre solutionem, si legatum speciei sit expilatum? Potest, & tunc non tenetur ad illius præstationem.
- 50 Pro coronide sciendum, quod Crimen expilatæ hereditatis solum habet locum, quando deficit alia actio Criminalis.

## CONIMBRICÆ:

Ex Typ. in REGALI ARTIUM COLLEGIO Societatis JESU.  
Anno Domini 1719. *Cum facultate Superiorum.*



QUÆSTIO PRINCIPALIS:

*Videtur. In rebus hereditatis jacentibus committitur fur-*

*tum? Negative.*

heredem, & expilandi hereditatem, tunc conveniri potest  
 legatarius iudicio Criminali expilata hereditatis  
 Legatarius scilicet a morte testatoris habet actionem ad pe-  
 tendam legatum etiam ante aditam hereditatem.  
 Quares nunc; poteritne heres dissentire solationem, si legatum  
 speciei sit expilatum? Potest, & tunc non tenetur ad il-  
 lius satisfactionem.  
 Pro coronide sciendum, quod Crimen expilatae hereditatis lo-  
 lum habet locum, quando deest alia actio Criminalis.

AD IMP. PHILIPPUS IN E. OBTEN.


in l. in. Codic. de Crimine expilatae heredi-

# CONIMBRICAE:

in REGALIA RTUM COLLEGIO SOCIETATIS JESU



Etiam, quando constat expilare de solo legatarij occupantis  
 propria autoritate rem legatam, animo scilicet fraudandi  
 heredem



528

Conclusiones Juris  
Civilis